Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30486
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Non ē diu in his immorandum
q̃ transmitto civitate tua ad latissi-
mum campum divinarum scripturarum. quod hic
est terminus de ēē. ibi solerter pascaris.
Qua ppter oro dilectionem tuam. ut studium
semper in te legendi crescat. quanto quisque
in divinis scripturis assiduus fuerit. tanto
quoque eis maiorem intelligentiam capit. sicut
terra quanto magis colitur. tanto am-
plius fructificat. Nam quamvis ho tardum
sensum habeat. aliquid tamen discere potest
quoque scripturarum misteriis. si assiduitatem
habuerit legendi. Qui enim habet da-
bitur illi. et qui non habet. etiam quod videtur
habere auferetur abeo. idest. qui habet
studium legendi. dabitur eiam facultas
intelligendi. et qui non habet studium legendi.
etiam quod videtur habere. idest. quod nam